UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

CCLXIX. Jacob Krüger's Nachsuchung der bischöflichen Genehmigung zur Stiftung eines geistlichen Lehns bei dem von ihm gegründeten Armenhause zu Königsberg, vom 11. November 1447, mit der Bestätigung ...

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55515

Visual Library

CCLXIX. Jacob Krüger's Nachsuchung der bischöflichen Genehmigung zur Stiftung eines geistlichen Lehns bei dem von ihm gegründeten Armenhause zu Königsberg, vom 11. November 1447, mit der Bestätigung des Bischofes Henning von Camin, vom 11. November 1448.

Reuerendo in cristo patri ac domino, domino Hennigho electo confirmato Caminensi aut eius in spiritualibus ac temporalibus vicario et administratori generali Jacobus Krogher, ciuis et inhabitator opidi konnigesberghe vestre dyocesis, Debitam in omnibus obediendi, obsequendi et reuerendi voluntatem. — ego Jacobus Krogher laycus antedictus vna cum vxore mea Gertrude — ad honorem omnipotentis dei sueque intemerate et gloriose virginis matris Marie, sanctorum Petri et Pauli apostolorum ac beate Elisabet vidue laurencii sancti martiris sanctorum quoque omnium nec non in suffragium et remedium meorum progenitorum ac in remissionem meorum peccaminum dedi, donaui et deputaui, presentibus do, dono et deputo quandam domum intra muros dicti opidi konigesberghe constructam et vnum mansum in limitibus eiusdem opidi situatam pro pauperibus in eadem domo collectis sustentandis et reficiendis, cum hoc pro vno presbitero, qui non vicarius sed commendatarius temporalis dici debeat, do et deputo sedecim marcas annuorum redditum pro ducentis marcis monete vsualis Canonico seu iusto emptionis titulo comparatas siue comparandas, emptas et emendas ad altare in ante dicta domo in honore sanctorum supra dictorum erectum et consecratum vna cum augmento tam pro pauperibus quam presbitero, si et in quantum me aut alios cristi fideles ad hoc porrigere contingeret manus adiutrices, quas quidem sedecim marcas presbiter, qui pro tempore commendatarius fuerit, annuatim subleuare et habere debeat cum condicionibus, oneribus et modis infra scriptis, ita videlicet, quod ebdomadatim tres aut ad minus duas cum deuotione legere debeat missas. — Ceterum si dictus sacerdos commendatarius in commisso sibi officio aut alias se non honeste rite debite ac Canonice regeret ac haberet aut negligens aut rebellis esset in premisso, Extunc obsecro mihi vna cum honorabilibus viris proconsulibus memorati opidi koningesberghe et me defuncto ipsis tum per vestram paternitatem plenam auctoritatem et potestatem reseruari, dictum commendatarium deponendi et ad certum tempus sibi resignandi et amouendi sine strepitu et figura iudicii uel quacunque alia disceptatione uerborum sed post assignatum sibi terminum alium loco sui substituendi siue reassumendi eciam ipsum eundem amotum viceuersa in casu, si se emendare vellet, mihi aut honorabilibus viris proconsulibus et consulibus supra memoratis placitum foret. Exemptus tamen erit Discretus vir dominus Nicolaus bodeker, presbiter dicte vestre Caminensis diocesis, qui non pro commendatario tempore vite sue sed vero vicario cum oneribus predictis habeatur. Ne igitur premissa dispositio aut mea voluntas siue meorum condonancium in aliquo impediantur, sed ut res cepta et sincera — meliori fine perficiatur suum quoque debitum sortiatur effectum, vestram reuerendam paternitatem — cum memoratis proconsulibus et consulibus sepe dicti opidi konigesberghe duximus flagitandum, quatinus dictam ordinacionem, voluntatem, disposicionem, summam quoque predictam videlicet ducentarum marcarum cum suis redditibus iam comparatis seu inposterum comparandis et emendis eciam cum augmento futuro aut deinceps augmentando etc. — approbare dignemini — Cum hoc presentando discretum virum dominum Nicolaum bodeker presbiterum supradictum vestre paternitati cum et pro eo humiliter supplicando ut ad huiusmodi redditus — — inuestire dignemini pure propter deum. In quorum omnium premissorum euiden-

tius teſtimonium nos proconſules et conſules ſepe dicti opidi Koninghefberg noſtri et dicti Jacobi ſigillorum appenſione preſentia communiri et roborari. Datum Konighefberg, Anno domino Milleſimo Quadringenteſimo Quadrageſimo ſeptimo, Ipſo die Martini beati Epiſcopi.

Et nos Hennigus dei et apoſtolice ſedis gratia epiſcopus Caminenſis huiuſmodi domus et ducentarum marcarum ſumme capitalis ac Sedecim marcarum annuorum reddituum donacionem, aſſignacionem et fundationem per honeſtum virum Jacobum Croger opidanum opidi koninghefberge noſtre dioceſis, factas necnon omnia et ſingula in literis fundationis, quibus preſentes noſtre litere ſunt annexe, contenta cum conditionibus ſuis, ſupplicationibus prefati Jacobi inclinati, auctoritate noſtra ordinaria approbamus, ratificamus et in dei nomine confirmamus per preſentes, Jure ordinario nobis eccleſie noſtre et ſucceſſoribus in omnibus ſemper ſaluo, Inhibentes omnibus et ſingulis criſtifidelibus vtriusque ſexus hominibus ſub excommunicacionis ſiue anathematis et eterne maledictionis penis, quas quoſlibet premiſſis contrarium facientes incurrere volumus ipſo facto, ne quiſquam cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis aut conditionis exiſtat, premiſſa infringere, alienare, in vſus ſuos conuertere, diſtrahere aut ad vſus prophanos reuocare uel eis impedimentum inferre ſeu auſu temerario contraire quouis queſito colore audeat uel preſumat, Sicuti preter has penas indignacionem omnipotentis dei et noſtram canonicam vlcionem voluerit euitare. Vobiſque domino Nicolao Boddeker preſbitero noſtre dioceſis huiusmodi Sedecim marcarum redditus cum ſpiritualium et temporalium adminiſtratione committimus et conferimus in animam veſtram ſalubriter gubernandos per preſentes, Mandantes omnibus et ſingulis preſbiteris noſtre dioceſis preſentibus requiſitis et eorum cuilibet in ſolidum, quatenus eundem dominum Nicolaum in et ad poſſeſſionem huiusmodi redditum Juriumque et fructuum auctoritate noſtra ordinaria inducatis corporalem, facienteſque ſibi de eiſdem integre reſponderi. Datum in caſtro noſtro Gulltzow, Anno domini M.CCCC.XLVIII, menſis Nouembris die XI, vicariatus eccleſie noſtre Caminenſis ſub Sigillo.

Nach den Originalien No. 226. und 229. des Königsberger Stadtarchives.

CCLXX. Urfehde des aus der Gefangenschaft der Stadt Königsbergs entlassenen Befehders Hans Fone, vom 12. Dezember 1447.

Vor allen den genen, dy deſſen bryff ſyen edder horen leſen, Bekenne ik hans fone in macht deſſes bryues openbarliken tugende, zo alſe ik manynghe vnd thuſprake thu den erbaren rathern thu koningeſberg vnd thu orer ſtad ghehat hebbe vnd dar up en entſecht vnd etliken thugrepe ghedan hebbe met ſemeliker ſelſchap, dy des thugrepes met my deylafftych vnd ghelyke my hofftlude wern, vnd dar ouer beherdet vnd ghegrepen worden, dat ik van des wegen my met en vor vnſer twyger frunde fruntliken thu eyme gantzen ende wol hebbe entfleget vnd entſchedet. Hir vmme zo ſegge ik met mynen eruen vnd frunden aller manynge quyt vnd los vnd vorlate deme erbaren rade thu koningeſberg, orer ſtad vnd orer ſtad inwoner vnd allen den, dy en wedder my hulpe, rat vnd dad ghedan vnd ghegeuen hebben, ſi ſynt vter offte